



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Specvlvm Ivventvtis, Sive Insigniores Pveritiæ Atqve  
Adolescentiae Sanctorvm**

**Bosendorf, Hermann**

**Monasterii VVestphalorvm, 1615**

Martyrium pueri quinquennis 24. Octob.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42900**

& diuturnæ consuetudinis beneficio cōfirmatus, amore insatiabili cælestis sapientiæ fontibus inhiabat, & instar apis sedulæ, diuinorum eloquiorū floribus infidens, intra pectoris sui aluearium, fidei virtutumq; mella condebat.

*Amor sæpius  
pietatis*

## MARTIRIUM PVERI QVINQVENNIS

&amp; aliorum infantium in vita S. Aretha martyris 24.

Octobris conscripta à Simeone Metaph.

Sur. Tom. 5.

Vstino Imperatore, felicem Arabiam imperio premebat impius quidam Hebræus nomine Dunaan: qui Christianæ religionis odio, in vrbe Nagra, maxima suæ statuit crudelitatis exempla. Principio enim sacerdotes, monachos, & consecratas Deo virgines, quin etiam feminas quæ vitam elegerant monasticam, contra iusurandum morti destinat. Inter quos magna exorta est & præclara contentio. Moniales enim ratione eminentioris instituti, primas sibi præ cōiugatis ad fundēdum sanguinem poscebant. At illæ contra nequa- *Fortitudo*  
quam in præsenti secundas habere sustinebāt. *animis*  
Et vero mirabilior in infantulis balbutientib- feruor eluxit, qui anteuertere matres ardore patiendi, & carnifices ad mortem prouocare nō dubitabāt. Quæ res & spectatoribus copiose lamentationi, & ipsimet regi magnæ fuit admirationi. Postea vero quam Arethas vrbis moderator vnà cū trecētis quadraginta socijs simili cōcertatione ad lauream cōtendentibus *victis*

victoria ensibus colla subiecissent: quædam mulier puerum habens præcurrentem, annos iam natum quinque, cum videret ea quæ gerabantur, & ad similem accensa fuisse emulatorem, citissimè occurrens, martyrum se filiumq; tingebat sanguine. Ac dein regem tyrannidis coarguens, quæta potuit maxima voce pronunciat: Erit, inquit, Hebræorum regi, sicut Pharaoni. Quibus verbis acerrimè concitatus Dunaan mulierem in ingentem pyramidem iactari mādauit. Puer autem, qui solus remanserat, dolebat, indignabatur, ægre ferebat, non secus ac recens pullus nō ferens matris absentiam. Porro oculos quaquaversum circumferebant, & amicissima lingua matrem requirens, videt regem in sublimi sedentem folio, eumq; humili stratus cum lachrymis compellans, pro matre lingua balbutiente supplicabat. Rex autem eo accepto genibusq; imposito (erat enim scitus admodum & elegans) rogabat quicum versari mallet, & quem magis diligeret. Ille autem ingeminatis vocibus matrem vocitabat. Nam propter eam, inquit, ad te veni, ut soluatur, meq; simul ad martyrium assumat; illa enim sæpe ad hoc me hortata est. Attendens autem rex verba pueri: Quid est hoc, inquit, quod dicis martyrium? Respondit puer: Pro Christo mori & rursus viuere. Et Rex, Quisnam est hic Christus: Puer autem: Veni huc, inquit, ad ecclesiam, & eū tibi ostendam. Inter hæc visa matre, incredibili fletu & eiulatu

latu ad eam se deduci postulauit. Rex autem  
crepundijs & fructibus visu gustuque suauissi-  
mis eius lachrymas sifere nitebatur. Sed non  
poterat vllis munusculis eius dolor leniri,  
nec eiulatus sedari. Defixo enim in matrem  
obtutu, nihil nisi matrem ingeminabat. Cum  
vero cerneret eam in flamas inijci, totis visce-  
ribus inflammatus, acri dente, Tyranni mo-  
mordit femur, Rege vero illū abijcente pel-  
lenteq; cursu ad matrem contendit, & in me-  
dium ignem insiliens, eam arcte est cōplexus,  
& sic demum in ipso complexu matris, extre-  
mum edens sp̄iritum, pariter cum ea martyrij  
corona redimitus migravit ad c̄elos.

*Mirus ar-  
dormarty-  
rij.*

MARTYRIVM SS. CHRYSANTHI ET  
Daria 25. Oct. Extat apud Metaphraſten.  
Sur. Tom. 5.

**V**ir quidam Alexandrinus in ciuitate sua  
illustris, ordinisq; senatorij nomine Po-  
lemius, Romam cū filio suo Chrysantho con-  
cessit. Qui à senatu Romano amicē acceptus,  
maximiſq; honoribus ab Imperatore Nume-  
riano auctus, sellam in Senatu Romanorum  
obtinuit. Hic filium vnicum Chrysanthum,  
quem disciplinis omnibus imbuendum cura-  
uerat, Philolophorum studio tradidit. Erat  
autem adolescens ingeniosus & ad discendum  
aptissimus. Cumq; omne scriptorum genus di-  
ligenter conquereret, in sacros Euangeliorum  
codices forte incidit, eosque incredibili qua-

Ff            dam